Mediam diſruptam velim. oly credo edepol eſſe ſi quid tu frugi
Bona eſ. uerum edepol tua mihi odioſa eſt amatio inimica ē
Tua uxor mihi inimicuſ filius inimici familiares. sta qd id refert tua
Vnus tibi hic dum propitius ſit iupiter tu iſtoſ inimicoſ caue flocci fecis
oly Nugae ſunt iſtec magne quaſi tu neſcias repente ut emoriant
Humani iouiſ ſ; tandem ſitu iupiter ſit emortuuſ
Quom ad deos minores redierit regnum tuū qſ mihi ſubveniet
Tergo aut capiti aut crurib;: opinionem eius res t habeat tua
Si hoc impetramus ut ego cum caſſina cubem. oly non hercle opinor
Poſſe ita uxor acriter tua inſtat ne mihi detur. sta at ego ſic agam
Conijciam ſorteſ in ſitellam & ſortiar tibi et calino ita rem
Notam intellego neceſſum eſt uorſis gladijſ depugnarier
oly Quid ſi ſors aliter q̄ uoles euenerit. sta bene dice
Dijſ ſum fretus. deos ſuſperauimus. oly non ego iſtuc uerbum
Emiſſum ut ē eſt ſtalino nam omneſ mortales dijſ ſt̄ freti ſed tn̄
Video ego diſertos ſepe multos decipi. sta tace parum. oly quid uis
sta Eccum exit foraſ calinuſ meus cum ſitella & ſortib;
Nunc nos collatiſ ſignis depugnabimus.

CLEOSTRATA. CALINUS. STALINO. OLYMPIO.

Tace caline certiorem me quid meuſ me vir uelit
ca Ille aedepol uidere ardentem te ex̄ portam me tuam
Crede ecaſtor vellet. cle at ego pol haud credo ſ; certo ſcio
Pluſ artificum eſt mihi q̄ rebar ariolum hunc h̄eo domi
Quid ſi propius attollamuſ ſigna ſiamusq; obuiam
Sequere quid uos agitis: ca adſunt q̄ parauiſti omnia
Vxor ſortes ſitula atque ego met. sta te uno adeſt plus
Q̄ uolo. ca tibi quidem edepol ita uidet ſtimulus ego nūc ſū tibi
Eo dico corculum aſſudaſſis iā ex metu maſtigia
cle Tace caline comprime iſtunc. sta immo iſtunc q dicit dare
sta Appone hic ſitellam ſorteſ cedo mihi animū aduortite
Atque ego cenſui abſte poſſe hoc mecum impetrare uxor mea
Caſſina ut uxor mihi daretur & nunc ēt cenſeo
cle Tibi daretur illa. sta mihi enim ah non id uolui dicere
Dum mihi uolui huic dixi atque adeo dū m̄ cupio perperam
Iam dudum hercle fabulor. cle pol tu quidem atq; ēt faciſ
Huic: immo hercle mihi. vah tandem redij: vix etiam in uia